



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 7. Angliae Regis consilia de pace cum Gallis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

nesque, quos Divisionensis pacti compli- Sæcul. XVI.  
ces suspicabantur, patria extores fece- A.C. 1514.  
runt. Ex hac Helvetiorum violentia fa-  
cile dijudicari poterat, quod supervaca-  
neum foret, novis conatibus hanc natio-  
nem ad Gallorum foedera reducere velle.

## §. VII.

*Angliæ Regis consilia de pace cum  
Gallis.*

Cum interim Rex Angliæ Ferdinandum inducias cum Ludovico innovasse intelligeret, de Arragoniæ Rege graviter conquestus est, auxilique ejus in Foederatos indignationem notitia, qua compremerat, quod præfatæ armorum inducias ab ipso etiam Cæsare mense Aprili ratæ fuerint habitæ; unde se a Foederatis per summam ignaviam eo tempore derelinqui expostulabat, quo tamen nil propius esset, quam ut cunctas a suis Prædecessoribus ditiones trans mare amissas recuperaret. Accessit alterum indignationis suæ argumentum, quod acerbiori longe vulnere animum ejus penitus exulcerabat; nunciatum enim illi erat, Renatam Lud. XII. de Francia Archiduci promissam esse, cum tamen Mariam sororem suam præfato Duci in conjugem dari speraret, nec Polyd. Virabs re, cum illa jam decimo quarto æta- gil. in Henr. tis suæ anno eidem desponsa fuisse; igitur VIII. l. 27.

*Basel in ad-  
dit. ad Alau-  
cler.*

**S**ecul. XVI. tur vindictam in Fœderatos exercere in  
A.C. 1514. tentus, pacem cum Gallia conciliari con-  
fensit, quam proxime futuram consisus,  
nec exercitum suum in aciem eduxit.

Cum vero utriusque fœderati concor-  
dia cum Gallis inscio Pontificis Legato  
firmata esset, hic totam rei seriem Leoni  
perscripsit, qui Mediolanensium ditionem  
ad Archiducem devolvi ægre ferens, hoc  
negotium summa cum cura tractandum  
suscepit. Igitur Eboracensem Cardinalem,  
qui Romæ Henrici Regis Legatum age-  
bat, adiit, eidemque hæc exposuit, evo-  
lutis quibusdam annis Carolus Archi-  
dux eriget Monarchiam, quæ ceteras fa-  
cile absorptura est, nisi ejus potentiam  
Gallorum vires æquent; cum autem nul-  
lius magis quam summorum Pontificum  
intersit, ut æqualis inter Principes po-  
tentia conservetur, aliunde etiam Sedis  
Apostolicæ, nostræque auctoritatis im-  
minutio in sacrum Collegium recideret;  
nec ejusmodi malis obviari poterit, nisi  
Henricus Galles infestis armis obruere  
præpediatur, ac utrumque Regnum tam  
arcto amicitiae fœdere jungatur, ut uni-  
tis viribus arma sua in Cæsarem, Regem  
Catholicum, & Helvetios convertere pos-  
sint. Cessit Papæ rationibus Eboracensis  
Cardinalis: agebatur tamen de feligendo  
viro, qui Londini rem cum Henrico sci-  
te pertractaret. Igitur Ludovicus Gal-  
liarum

liarnm Rex hujus negotii curam Longe- Sæcul. XVI.  
 villæ Duci, qui in Anglia captivus hæ- A.C. 1514.  
 rebat, demandavit, nec adverso fane suc-  
 cessu; quippe Dux colloquiis cum Hen-  
 rico habitis eo inclinabat Regis animum,  
 ut ille ad pacem ineundam pronus vide-  
 retur, dummodo honestæ conditiones  
 proponerentur.

## §. VIII.

*Pax Galliam inter & Angliam a Lon-  
 gevillæ Duce agitata.*

Galliarum Rex, comperto secundo Du- *Paris de  
 cis conatu, eidem negotium dedit, Grassis t. 4.  
 ut rem secreto ageret. Evidem Hen- p. 120.  
 ricus aliquamdiu propositi sui tenax, for-  
 titer insistebat juribus, quæ ipsi in Aqui-  
 tanniam, ac Normanniam competenter,  
 spe autem eidem facta, Mariam ejus so-  
 rorem cum Ludovico XII. qui aliquot ab-  
 hinc mensibus (ut supra memoravimus)  
 conjugé sua orbatus erat, matrimonio  
 jungendam, ea, quæ immoderatius po-  
 stulaverat, aliquanto temperare cœpit,  
 pluresque consultationes, remotis omni-  
 bus arbitris præter Thomam Volseyum  
 Lincolnensem Episcopum habuit, ubi  
 tamen Longevillæ Dux negotii successum  
 parum promoverat. Tandem vero Hen-  
 ricus a petitionum suarum immoderatio-  
 ne desistens, haud dubitanter conditio-  
 nes,*